



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotae.

Leroy, François

Pragae, 1666

Iesv Christo Nazareno Crvcifixo,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47123)

IESV CHRISTO
NAZARENO
CRUCIFIXO,

DEI & MARIE Filio Unigenito ;
Regi sæculorum ,
Principi amantium , Duci errantium ,
Domino universorum .

IN FORMA DEI
Verbo viventi , Sapientiæ subsistenti ,
Imagini DEI consubstantiali ,
Splendori gloriæ , & figuræ substantiæ eius ,
portanti omnia verbo virtutis suæ :
eidemque
in forma servi
despecto & novissimo virorum ,
Viro dolorum & scienti infirmitatem ,
vermi & non homini ,
pro me vulnerato , percusso à DEO & humiliato ,
ac demum in crucis patibulo ,

† 2

per

ss)†(ss

per summam dolorum & opprobriorum acerbitatē,
Amoris manu, divinæ iustitiæ immolato:

D E O Spei meæ,

Domino, Parenti, Patrono, Duci, Servatori,
Assertori optimo:

ut misellam hanc animam intra vulnera sua,
& dulcissimum cor, receptam, hujusq; vitæ periculis
ereptam,

æternum perire, ac fructus passionis suæ exortem
esse ne patiatur;

Filius doloris,

&, indignus licet, magno tamen pretio emptus,
servulus,

me meâq; omnia æternum dico consecrôq; ,

F. L. R.



FA.